

XII  
V. 2. 8

1972

A

6260



228. *Calligraph.*

*III*















*Faint handwritten text, likely a title or description of the drawing above.*




*Faint handwritten text, likely a title or description of the drawing above.*













*Prospectus Bibliothecae et Musei curiae Academiæ Imperiali Nat. Curiosor. a latere dextro Septentrionem versus spectante.*



*Prospectus Bibliothecae et Musei curiae Academiæ Imperiali Nat. Curiosor. a latere sinistro versus Meridiem spectante.*  
Gründler, scilicet Hale.








ACADEMIAE CAESAREAE  
LEOPOLDINO-CAROLINAE  
NATVRAE CVRIOSORVM  
**BIBLIOTHECA**  
PHYSICA  
MEDICA, MISCELLA

PARTIM  
SOCIORVM MVNIFICENTIA  
PARTIM IPSIVS SVMTIBVS  
COMPARATA.



PRÆMITTITVR  
DE  
NONNVLLIS AD EAM SPECTANTIBVS  
P R A E F A T I O  
ANDREAE ELIAE BÛCHNERI.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
ACADEMIAE SVMTIBVS EMISSA  
E TYPOGRAPHEO GEBAVERIANO  
MDCCLV.



ACADEMIAE CAESARIAE  
LEOPOLDINO-CAROLINAE  
NATURAE CARLOSORVM  
BIBLIOTHECA  
PHYSICA  
MEDICA MISCELLA

SOCIETATIS MUSEI  
PARTIM PHYSICAE



72 H 27 R

M  
J. W. A.

ANDREAE ELIAE BUCHNERI

ACADEMIAE SVMTIVS RMISSA  
NATURAE MEDICINAE







## LECTORIBVS BENEVOLIS

S. P. D.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER.



Tametsi maxime vereor, ne plures vestrum hoc, quidquid est opusculi, leue neque satis tempestiuum iudicaturi, huiusque iudicii idoneas habere rationes sibi sint visuri; dum excusum typis legent indicem Bibliothecae, neque copia librorum, neque grauitate pretioque vlla ex parte eminentis: non omnes tamen, si, quid in hoc labore suscipiendo habuerim consilii, cognouerint, institutum praesens meum spero esse improbaturos.

a 2

Pri-




## PRAEFATIO.

Primos Academiae Caesareae naturae curiosorum statores atque conditores, inter alia optima iuuandi sui propositi consilia, etiam de vtilium librorum rerumque rariorum naturalium supellectile, in communes Sociorum vsus colligenda, serio cogitasse, et plura, nisi necessarii, qui impenderentur, defuissent sumtus, esse molitos, cuius facile veri videbitur simillimum, qui ex ipsa huius Academiae historia, quae nunc operas typographicas vel maxime exercet, intellexerit, erigendae posteaque melius ordinandae eiusdem propositum fuisse exemplar Anglicam aliasque litterarias colendarum artium scientiarumque Societates. Verum enim vero, licet saepius numero varia perficiendi huiusmodi laudabilis instituti agitentur consilia: conferendae tamen hanc in rem impensae semper plurimum habuerunt difficultatis, et omnia irrita esse iusserunt vota.

Quum vero anno 1630 de Academiae nostrae incremento curiose sollicitus celeberrimus Vir, *Ioannes Iacobus BAIERVS*, eiusdem praesidio admoueretur, et prioribus istis difficultatibus pressam videret Academiam, ob certorum redituum inopiam vix sumtibus, ad sui conseruationem necessariis, subsistentem, aliud faciliusque iniit consilium, et per sodales academicos sponte et vltro conferendis aut, si libuerit, nummis, aut libris, cum ipso, tum aliorum opera studioque editis, condendam augendamque proposuit Bibliothecam. Quo de instituto singulos Socios anno 1631 per peculiarias litteras, quas dicunt, inuitatorias fecit certiores, simulque futurae librariae rerumque naturalium supellectilis ordinandae exposuit rationes. Quae quum hoc insigne propositum maxime adiuerunt, posteaque velut vim legis normaeque adquisiuerunt, eandemque in posterum seruabunt, hoc loco merito integrae iterum typis fuerunt exscribendae.

Q. D. B. V.





Q. D. B. V.

A D

BIBLIOTHECAM ET MVSEVM

ACADEMIAE IMPERIALIS

NATVRAE CVRIOSORVM

LIBERALITER INSTRVENDVM

OFFICIOSA EXHORTATIO

ATQVE INVITATIO.

---

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ACADEMIAE CAESAREAE

LEOPOLDINO-CAROLINAE

NATVRAE CVRIOSORVM

PRAESES.

**I**nter alia, quae commoditati nostrae Societatis haecenus deesse visa sunt, haud minimum sane fuit, quod nusquam habuerit locum opportunum comparandae adornandaeque suppellectili necessariae ad communes vsus. Ipsa nempe, sub auspiciato quidem *Argonautarum* emblemate, diligenter longe lateque conquesta, ac orbi literato, per commentarios digesta, largiter distribuit opima suorum inuentorum spolia; sibi vero firmam stationem reperire non potuit, vbi armamentarium quasi quoddam, h. e. BIBLIOTHECAM ET MVSEVM, pro vtilitate publica Collegarum instrueret. Agitata saepius hanc in rem consilia diuersas ob causas effectu caruerunt, de quibus plura iam commemorare nil attinet. Interea desiderium istud eo magis auctum est, quo crebrius efflagitarunt boni Viri, vt existeret alicubi promptuarium, vnde possent petere obseruationum atque commentationum suarum, Ephemeridibus nostris destinatarum, adminicula, illustrationem aut confirmationem, eiusdemque apparatu consulto et explorato, melius peruidere, quid deinceps



## P R A E F A T I O.

afferre sibi liceat, emolumento futurum. Etenim non omnibus ea fors obtingit, habere propriam, aut vicinam satis instructam Bibliothecam, et Museum abundans rerum naturalium artificiosarumque copia. Vt igitur eiusmodi quid aliquando capeferemus, ante omnia locus idoneus erat eligendus, quem *Norinbergae*, tanquam meditullio Germaniae, *in aedibus ad D. Catharinae coenobium olim pertinentibus*, gratiose concessum iamiam occupauimus, vt hospitio sit, non facile turbando, collectaneis nostris, adhuc quidem pertenuibus, vt fieri fere solet circa nouorum operum primordia. Quemadmodum autem videmus quotidie homines, pauperculos etiam, dummodo frugales, sedulos, et ad rem suam attentos, paulatim ditescere, et opibus vix. antea speratis potiri: ita incredibile non est, quin paruae res nostrae, diuinis auspiciis inchoatae, concordia crescant studio et amplificentur. Atque vtinam venerandi Antecessores nostri, in tanto fauentium, nec minus autoritate quam facultatibus florentium olim Collegarum numero, iam pridem serio idem suscipere et vrgere opus ausi fuissent, nec inter dubia saltem vota substitissent, profecto haberemus iam apparatus satis amplum et conspicuum, si modo singuli sua in publicum edita scripta, aut vnum alterumue librum alium, aut denique aliquid pecuniae contribuissent. Taceo, quot diuites ac liberales nostri ordinis Viri, ab illo tempore tam longo, quo stetit floruitque Societas nostra, decesserunt, non necessariis, quandoque indignis haeredibus relictis bonorum suorum, in quae sine dubio libentius immisissent Academiam nostram, si locum opportunum atque modum impendendi publicae vtilitati praecognouissent. Ne igitur in posterum atque diutius careamus instituto, tam laudabili quam fructuoso, nostri sane, qui curam communitatis hodie sustinemus, officii erit, non modo Collegas beneuolos et amantissimos, sed et alios quoscumque Viros honestos, liberales, bonarum artium ac scientiarum fautores, omni studio inuitare, obtestari et exorare, velint benigniter opitulari locupletando Bibliothecam et Museum exornando, quacumque demum ratione ipsismet hoc praestare commodum visum fuerit: neque enim exigua quantumuis dona literaria. aut rerum naturalium artificiosarumque curiosa specimina aspernabimur, sed aequam pro singulis habebimus gratiam. Ad librorum seorsim quod attinet apparatus, L. B. vel tacentibus nobis, facile coniciet, desiderari inprimis *autores Historiae*

*storiae*



## PRAEFATIO.

*florae naturalis*, qui phaenomena rerum luculenter exponunt, speciatim *Botanicos*, *Zoographos* et *Orytologos*, *medicam quoque simul materiam illustrantes*; quo pertinent etiam *Pharmacutici*, *Chimici* et *Mathematici*, tam *physicae*, quam *medicae scientiae* curiosis experimentis lucem afferentes: Praeterea exoptamus *Hodosporica*, *Chorographias* et *Topographias*, quibus diuersa regionum locorumque variorum naturalis constitutio, vbertas singularis rerumque copia explicatur: Denique ac prae caeteris *obseruationum, casuum et curationum medicinalium* scriptores; posthabitis, aut certe minus expetitis commentariis et syntagmatibus pure dogmaticis, et quae inanis theoriae potius, quam experimentorum fundamento nituntur. Ut autem nos bonam intentionem nostram vicissim atque amplius declaremus, placuit frequentes statuere conditiones:

I. *Donaria quaelibet, aut Praesidi, aut Ephemeridum Directori, aut Adiuncto aliuue cuidam Collegae vicino, ad finem laudatum tradita, protinus in peculiari fastorum codice inscribentur, addito eius, qui donauit, nomine; quod etiam in ipsis dono datis notabitur libris, nisi forte prius idem offerentis manu iam factum sit.*

II. *In libris coemtis adscribentur nomina eorum, qui pecuniam ad comparandum contulerunt: quod similiter in iis obseruabitur, si qui forte in duplo aduenerint, et cum aliis vtilibus permutati fuerint.*

III. *Singulis voluminibus imprimetur Academiae Nat. Curios. Insignia: tamen si quoque liberum faciamus cuius, largienti aliquid, sua pariter apponere signa gentilitia, ad perpetuam recordationem.*

III. *Epistolae Clar. Virorum manuscriptae, tum etiam Dissertationes, aliaque plus minus perfecta opera, et propter occasionis defectum, aliasue ob causas nondum edita, quaecunque donabuntur, peculiaribus recondita scriniis sollicite sic asseruabuntur, ut ad offerentis arbitrium, aut amplius quiescant, priuatis saltem vsibus Societatis relicta, aut Collegae cuiusdam studio reuisa et elaborata, communi consensu in lucem proferantur, non sine merito autorum elogio.*

V. *Quam*



## PRAEFATIO.

V. *Quam primum notabilis quaedam Librorum ac rerum e triplici (quod vocant) Naturae regno, minerali, vegetabili et animali variorum, tum et artificialium, matbematico-physicarum copia fuerit collecta, index accurate compositus typis mandabitur, et cum omnibus, quorum liberalitati debemus aut porro confidimus, gratis communicabitur, eo frequentius subsequutura continuatione, quo cumulatio fiet munerum accessio.*

VI. *Vt autem iste apparatus recte disponatur, et complurium inferuiat usibus, vni aut alteri Sociorum, quos in amplissimo Norimbergensium Medicorum Collegio nunquam non habebimus, ille dabitur in custodiam, vnde poterunt Collegae, aut ipsos desideratos libros, exhibita syngrapha, petere, aut excerpta necessaria, aequis conditionibus, impetrare.*

VII. *Idem quoque promittere licebit de rerum naturalium aut artificiosarum varioribus et curiosis speciminibus, quae pariter, vbi de restituendo cautum satis est, sumptibus petentis impertientur.*

VIII. *Si quis fortasse, ditior atque liberalior, aliquam pecuniae summam in emolumentum instituti nostri legare voluerit, eam sic impendemus, vt ex annuis vsuris comparati libri, ad gratam perpetuamque legati memoriam, singulari elogio et charactere distinguantur.*

VIII. *Sicut autem optabile neuiquam est, vt domicilium communis nostri Musei crebro mutetur, ita nihilominus Societati liberum erit, iustis de causis, idem, quando et quocunque voluerit, transferre: Non enim omnino necessarium est, vt eodem, quo Praeses Academiae, aut Director Ephemeridum habitat loco, et ista supellex afferretur, dummodo Adiunctus quidam, aut alius Collega idoneus ad praefecti munus obeundum, praestus sit, qualem quidem in alma Norimberga nunquam defuturum plane persuasum habemus.*

X. *Operam vero dabimus, vt officium istud Bibliothecarii, ac Museo praepositi, quodammodo remuneretur e Fisco Societatis nostrae; quem subinde locupletiozem reddi speramus, imprimis vbi tandem Legati Genseliani fructum percipere nobis licuerit.*

Caeterum



## PRAEFATIO.

Caeterum libentes gratique accipiemus, si quid boni salutarisque consilii ad promouendum, aut etiam corrigendum istud institutum, amice candidaque nobis suppeditabitur: Interea vero conatus nostros in prouehenda commoditate publica, beneuolentiae, liberalitati et patrocinio Amicorum, Fautorum ac Maecenatum optimorum quorumlibet iterum iterumque commendamus. Dab. Altorf. Norimberg. a. d. xvii. Septembr. A. R. S. **cl̄ōl̄ccc̄xxxi.**

Ergo missae hae ad plures sodalium academicorum litterae vbique fere, quam merebantur, naetae sunt adprobationem; adeo, vt iam ineunte anno **cl̄ōl̄ccc̄xxxii.** sociorum nonnulli ad litterarios hos vsus partim nummos conferrent, partim libros. Quorum praedicabile exemplum quum ipse sui optimi consilii tenacissimus studiosissimusque Praefes noster singulari munificentia atque liberalitate confirmaret illustraretque magis, mox inuenti sunt plures eximii huius facinoris aemulatores. Vnde factum est, vt haud ita multo post idoneus, quo haec adseruari possent dona, locus esset circumspectiendus; quem deinde quoque Noribergae constituit Illustris **BAIERVS.** (*Videfis eiusdem litteras inuitator.*) Enim vero optimo illi viro vix primos insignium horum conatum percipere licuit fructus: quandoquidem, dum d. xiv. Iulii, anni **cl̄ōl̄ccc̄xxxv.** vniuersae reipublicae litterariae, nostraeque inprimis Academiae praematura surriperetur morte, collectus apparatus librarius tantum **CXCIV.** voluminum numerum confecit.

Itaque mortuo **BAIERO**, quum communi excellentissimorum Adiunctorum suffragatione Academiae eligeret Praefes, accepta omni, quae ad Academiam nostram pertinebat, supellestiles, statim maximam principemque curam in id intendi, vt illustrium priorum Praesidum accurate premerem vestigia, eodemque ardore salutis incrementoque Academiae, quoad possẽm, sollicitè prospicere conarer. Atqui hoc consilio augendae quoque et porro ador-



## P R A E F A T I O.

nandae bibliotheculae nostrae cura nequaquam a me erat negligenda. Ergo quum eundem locum, qui ipsius hactenus fuerat sedes, neque tutum satis deprehenderem, neque satis opportunum commodumque Academiae, utpote annuo, licet modico, tenuibus tamen academicis reeditibus nonnihil molesto, locario, conducendum: de alio, qui nostrae utilitati esset accommodatior, cogitare coepi. Huius autem generis, huiusque commoditatis locum, amplum satis splendidumque Erfurti, vbi tunc commorabar, animaduerti. Quarum aedium atrium inferius concaemeratum, peculiari cuidam vsui nondum destinatum, ideoque non penitus expolitum perfectumque, ab amplissimi Senatus huius ciuitatis proceribus, Augustanae confessioni addictis, ad quos pertinebat hoc aedificium, in vsus nostros academicos enixe rogauit.

Neque ipsi pro singulari eo, quo litteras litteratosque amplectuntur omnes, amore deseruerunt implorantem, sed dicti atrii liberum, nullaque soluta vel in posterum soluenda pecunia redimendum, cedi nobis iusserunt vsum. Quo facto illico hanc futuram Bibliothecae nostrae sedem denuo reparari, expoliri, et fenestras indi curauit, atque ipse interea, dum his sumptibus non satis esset Academiae aerarium, pecuniam suppeditauit. Exstructo ergo atque accommodato hoc atrio, consensu illustris Ephemeridum nostrarum Directoris, excellentissimorumque Adiunctorum, iussuque meo paruus, quem beatae memoriae BAIERVS collectum nobis reliquerat, librorum rariorumque rerum naturalium apparatus mense Augusto anni dclbcccxxxvi. Noriberga Erfurtum est transportatus, et in dictum domicilium delatus. Cuius amplioris splendidiorisque atrii ut qualemcunque acquirant notitiam, neque indignam esse hanc Bibliotheca nostra sedem intelligant



## PRAEFATIO.

gant singuli celebres clarissimique Academiae nostrae sodales, eiusdem interiore conditionem, vtrinque conspiciendam, peculiari icone, huic Indici praemissa, addidi delineatam. Quae vero supersunt dicenda de ordine ornatuque Bibliothecae huius, aliisque rebus huc pertinentibus, singulari Sectione exposite tractabit, quam molior, Historia Academiae nostrae luculenta, iam maxima sui parte prelis egressa, proximisque nundinis vernalibus Lipsiensibus certo proditura.

Porro autem permagni mea interest, ne nesciant lectores, imprimis ii, quos commune nostrum academicum sodalitium mecum coniunxit, quid habuerim causae, cur praesenti forma Bibliothecae nostrae indicem typis curarem exseribi divulgarique. Atqui nequaquam ego diffiteor, me vel maxime ad hoc institutum esse permotum ipsa illa quinta statuta lege, quae in antea iam cum lectore communicatis litteris BAIERIANIS proposita existat. Quum enim librariam nostram supellectilem plerorumque nostrorum collegarum munificentia plus, quam mille voluminibus, auctam viderem, mearum existimaui esse partium, ut, quae tum promiserat Illustris BAIERVS, ipse praestarem simulque demonstrarem publice, tam nummos, quam libros, quibus trium et viginti annorum spatio donata est nostra Academia, ad eosdem, quibus destinati erant, usus ingenue esse collatos.

Ad haec quoque spem habeo firmissimam, certo fore, ut haec sempiterna praesentium priorumque sociorum academicorum monumenta, quibus munificentia ipsorum liberalitasque luculenter declarata est, graui sint incitamento posteris sodalibus, ne laudabilis huius instituti curam deponant, adeoque in parta ha-



P R A E F A T I O.

ctenus vindicataque Academiae nostrae gloria porro excolenda cessent. Quae de causa huius Indicis editionem nolim existimari eo animo institutam, ut arrogantiae aliquid concederetur; ut potius lubentissime profitear, neque copiam librorum nostrorum, neque dignitatem grauitatemque a necessario praedicabilique publicae cuiusdam bibliothecae splendore amplitudineque paullo propius esse remotam. Neque vero et illud velim vitio verti nobis, quod in nostra suppellectile partim aliunde collecti, partim ipsius Academiae aere coemti atque comparati minores facileque parabiles libelli maiorum, rarius cariusque profantium operum numerum longe excedant: siquidem cum qualescunque a focis nostris editos, licet non semper amplos pretiososque, libros colligere animus fuit; tum ipsius quoque aerarii nostri habenda fuit ratio, exiguos tantum sumtus quotannis in augendam bibliothecam infumi permittentis. Quae aerarii nostri tenuitas in primis plurimis istis variisque debetur difficultatibus, damnisque haud raro in legato GENSELIANO factis, quae, quo minus vberiores inde in nos redundarent fructus, insigniter impediuerunt. Quod si vero plura, quam haecenus, ex hoc legato in nos in posterum reditura, resque nostrae, Deo volente, meliores sint euasurae, non solum coemendis maioris momenti raritatisque libris operam dabimus, sed etiam partem pecuniae, quae reponi forsitan poterit, in eos conferemus sumtus, quibus opus est ad exscribendum prelo Indicem rerum, quas paruo adhuc numero possidemus, rariorum naturalium, praeparatorumque, ut vocant, anatomicorum, tam sicca forma, quam in conuenienti liquore adseruatorum. Quem deinde Indicem, simul ac editus erit, cum nostris quoque communicabimus collegis.

Supereſt,



## PRAEFATIO.

Immo Superest, quae haud vltima edendi huius catalogi fuit causa, vt omnibus singulisque Academiae nostrae fociis, etiam nunc viuentibus, pro insignibus istis, quibus hoc promouerunt institutum, beneficiis singulares publicasque persoluum gratias, simulque declarem, quam enixe studioseque allaborauerim, ne huius munificentiae memoria ad posteros non transmittatur, et qualecunque singulorum gloriae monumentum apud eosdem exstet sempiternum. Ante omnes vero singulariter gratissimus praestandus est animus Illustri Viro, *Christophoro Iacobo TREWIO*, solertissimo Ephemeridum nostrarum academicarum Directori: quippe qui non solum me haftenus fidelissime adiuuit, leuauitque curam tuendae promouendaeque Academiae nostrae salutis incrementique, sed ipsis quoque Actis nostris, non sine magno labore sumtuque, infertis eruditissimis commentationibus haud vulgare attulit decus ornamentumque, et tandem nuperrimis duobus annis omnes, quorum exemplaria in instructissima amplissimaque sua Bibliotheca habebat duplicia, libros in academicam nostram beneuole transtulit, eandemque plurimis raris et ex vetustate commendabilibus operibus adeo auxit, vt solo ipsius beneficio quadringentis quadraginta tribus voluminibus nunc ditiozem habeamus Bibliothecam.

Neque vero minorem meretur gratiam meritissimus de Bibliotheca nostra Vir, Excellentissimus *Ioannes Hieronymus KNIPHOF*. Ex quo enim illius curam in se suscepit, (suscepit autem ante hos decem annos, quum ipse ego discederem Erfurto,) tantus fuit ipsius labor, tantum in ordinanda Bibliotheca, digerendisque ceteris huc pertinentibus rebus, studium, vt adiunctum facile crederes huic muneri amplum aliquod salarium; licet ob





## PRAEFATIO.

aerarii nostri tenuitatem, de qua supra iam questus sum, omnino fuerit nullum. Praeter haec vero omnia insigne quoque addidit Bibliothecae nostrae augmentum, dono oblati aliquot eximiis maximeque raris operibus, perpetuis perfecto summae ipsius erga Academiam nostram beneuolentiae amorisque testimoniis futuris.

Denique singulis celeberrimis sodalibus meis non interruptam incolumitatem vitamque diu iucunde feliciterque protractam ex animo precatus, ipsis porro tuendae augendaeque gloriae Academiae nostrae curam, meque ipsorum amori beneuolentiaeque magnopere commendo. Scribeb. Halae

Magdeburgicae, d. xxii. Septembr.

clbccciv.



ANNO





A N N O M D C C X X X I .



**M** artbiae de LOBEL Stirpium historia, seu Obseruationes et Ad-  
uerfaria. Antwerp. 1576. Fol. cum Figuris eleganter viuis  
coloribus illustratis.

*Ex Fisco Academiae comparatus.*

2. **Christiani Henrici ERNDELI** Warsaviae physice illustrata. Dresdae,  
1730. 4to.

*Donum celeberr. Dn. Auctoris.*

3. 4. **Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae.**  
Tomus I. et II. Petropoli, 1728. et 1730. 4to cum Fig. aen.

*Donum Dn. D. Io. Wilh. WIDMANNI.*

A N N O M D C C X X X I I .

5. **Vlyffis ALDROVANDI** Ornithologiae, seu de Avibus, historiae Libri XII.  
Bononiae, 1599. Fol. eum Fig.

6. **Aloysii Ferdinandi** Comitis MARSIGLI Danubialis operis prodromus.  
Norimbergae, 1700. Fol.

7. **Io. Barthol. Adami** BERINGERI Lithographiae Wirceburgensis speci-  
men. 1726. Fol. cum Figur.

A

8. Rode-



8. *Roderici* a CASTRO de vniuersa mulierum medicina opus. Hamburgi, 1603. Fol.
9. Febrium continuarum, quae Ann. 1729. Vratislaviae populariter grafsatae sunt, recensio, adornata a *Io. Godofredo* HAHN. Vratislaviae, 1731. 4to mai.
10. *Io. Phil.* BREYNIJ Epistola de melonibus petrefactis montis Carmel. Lipsiae, 1722. 4to mai. cum Figur.
11. *Caroli Nicol.* LANGII Methodus testacea marina distribuendi. Lucernae, 1722. 4to.
12. *Io. Paul.* WURFFBAINII Salamandrologia. Norimbergae, 1683. 4to cum Tab. aen.
13. *Io. Georg.* VOLCKAMERI Flora Norimbergensis. ibid. 1718. 4to.
14. *Georg. Andr.* HELWINGII Florae Campana s. Pulsatilla. Lipsiae, 1719. 4to cum Fig.
15. *David.* Sigism. BÜTTNER Corallographia subterranea. Lipsiae, 1714.  
2) Eiusdem Beschreibung einer mit vielen Conchiten angefüllten Marmel-Blatten. Querfurth, 4to.
16. *Magni Aurelii* CASSIODORI Formula Comitum Archiatrorum comment. illustrata a *Io. Henr.* MEIBOMIO. Helmstadii, 1668. 4to.
17. *Io. Iacobi* BAIERI Oryctographia Norica. Norimbergae, 1708. cum Fig. 2) Eiusdem Sciagraphia Musei sui, cum supplementis Oryctographiae. Ibid. 1730. 4to cum Figur.
18. *Io. Christ.* FROMMANN Tractat. de Fascinatione. Norimbergae, 1675. 4to.
19. *Dan. Wilh.* MOLLERI Dissertatio de Techno-physiotameis. Altorffi, 1704. 2) *Io. Iac.* BAIERI Sciagraphia Musei sui. Norimb. 1730. 4to.
20. *Ioann. Iac.* BAIERI Adagiorum medicinalium Centuria. Altorffi, 1718. 4to.
21. Eiusdem Orationum varii argumenti Fasciculus. Norimb. 1727.  
2) Eiusdem Historia Horti medici Academiae Altorffinae; accedit commemoratio celebr. Germaniae horticulorum botan. med. Altorffi, 1727. 4to.



22. Eiusdem Biographiae Professorum Medicinae, qui in Academia Altor-  
fina vnquam floruerunt. Norimb. 1728. 4to cum Figur.
23. *Realdi* COLVMBI de re anatomica Libri XV. Parisiis, 1572. 8vo.
24. *Petri* FORESTI de incerto ac fallaci vinarum iudicio Libri III. Lugd.  
Batau. 1589.
25. *Suerin.* EVGALENVS de Scorbuto morbo. Lipsiae, 1604. 8vo.
26. *Io. Iac.* WECKERI de Secretis Libri XVII. Basileae, 1662. 8vo.
27. *Georg. Frid.* RICHTERI de natalibus fulminum tractatus physicus.  
Lipsiae, 1725. 8vo.
28. David KELLNER *Berg- und Saltz-Wercks-Buch.* Franckf. 1702. 8vo.
29. Olai BORRICHII *metallische Probir-Kunst.* Copenhagen. 1680.  
2) Bernh. HORNS *Anleitung zur Probir-Kunst.* 1690. 8vo.
30. *Io. Sjgism.* ELSHOLTZII destillatoria curiosa et non entia chimica.  
Berolini. 1674. 2) Iohann KVNCKELS *Anmerkungen über  
die fixen und flüchtrigen Saltze.* Hamburg, 1676. 8vo.
31. Melch. SEBIZIUS *von Misbräuchen der Sauer-Brunnen.* Strassburg,  
1674. 2) Matth. SOMMER *vom Carls-Bad.* Leipzig, 1592. 8vo.  
3) Mart. PANSA *von warmen Bädern, insonderheit dem Hirschber-  
gischen und Landeckischen.* Leipzig, 1618. 8vo.
32. Io. Victor. IAEGERSCHMIDT *mineralische Wasser-Nymphe.* Aug-  
spurg, 1711. 2) Io. Iac. GEELHAVSEN *vom Bechinger-Bad.*  
Prag, 1730. 8vo.
33. Iohann Adam STEPHAN *Beschreibung des neuen Gesund-Brunniens in  
Ober-Francken.* Würzburg, 1728. 8vo.
34. Rob. BOYLE de ipsa Natura disquisitio. Lond. 1687. 2) Eiusd. de  
corporum animalium et solidorum porositate. *ibid.* 8vo.
35. *Ortonis* TACHENII Hippocrates Chemicus. Brunsvigae, 1668. 2) Eiusd.  
dem Clauis Hippocrat. Medicinae. Francofurti, 1669. 12mo.
36. *Dan.* BECKHERI Spagyria microcosmi. Rostochii, 1622. 2) *Andr.*  
GRYPHII Mumiae Vratislauiensis. 1662. 12mo.
37. Io. Daniel MAIORS *Seefarth in die neue Welt ohne Schiff und Seegel.*  
Hamburg, 1683. 12mo.
38. Anon. *Neue Seigerung und Erztbeitzung.* Franckfurt, 1690. 12mo.



39. Historia plantarum, earum imagines, nomenclaturae, etc. Lugduni, 1567. 12mo.
40. Io. *CONR. AXTIVS* de Arboribus coniferis et pice conficienda. Ienae, 1679. 2) Io. *FRANCI* Veronica Theezans. Lipsiae, 1700. 12mo.
41. *Philippi FRAVENDORFFER* de Millepedibus s. Oniscologia curiosa. Brunae, 1700. 12mo.  
*Singuli hi a Num. 5. ad 41. Illustr. b. m. Praefidis, Ioann. Iac. BAIERI, dono accefferunt.*
42. *Iacobi BREYNI* exoticarum plantarum Centuria, cum figuris aeneis. Gedani, 1679. Fol.  
*Donum Dn. D. Georg. Frid. GYTERMANNI.*
43. Io. *Iac. WECKERI* Antidotarium generic. et specificum. Basil. 1595. 4to.
44. *Dan. SENNERTI* Institutiones Medicinae. Witteb. 1644. 4to.
- 45 - 47. *Daniel SENNERTI* Practicae Medicinae Libri VI. cum tractatu de Arthritide. Witteb. 1628-35. 4to.  
*Ex donatione Dn. D. Laur. Antonii DERCVM.*
48. Io. *Alex. DOEDERLINI* Comment. histor. de nummis Germaniae mediae bracteatis et causis. Norimbergae 1729. 2) Eiusd. Dissert. epistol. de nummis aureis, vulgo *Regenbogen-Schüsfelein*. Weissenburgi. 1728. 3) Eiusd. de vallo et muro Imperatorum Hadriani et Probi. 1723-31. 4) Eiusd. *Slavonisch-Russisches Heiligthum. Nürnberg, 1724.* et alia quaedam Schediasmata.  
*Donum Dn. Auctoris.*
49. Io. *Christ. KVNDMANNI* Promtuarium rerum naturalium et artificialium. Vratislaviae, 1726. 2) Eiusd. *Sonderbare Thaler und Münzen. Ibid. 1731. 4to.*
50. Eiusdem *Abhandlung vom Verstande des Menschen. Breslau, 1720. 8vo.*  
*Donum Dn. Auctoris.*
51. *Caroli CLVSII* rariorum Plantarum historia. Antwerp. 1605. Fol.
52. Eiusdem Exoticorum Libri X. Ibid. 1605. Fol.
53. *Georg. BARTISCH* *ὀφθαλμοδολεία* oder *Augen-Dienst. Dresden, 1583. Fol.*  
*Figurae quoad maximam partem coloribus vini sunt distinctae, sed deficit Titulus et Praefatio.*



54. *Nathan* HIGHMORI corporis humani disquisitio anatom. Hagae Comit. 1651. Fol.
55. *Simon* PAVLLI Quadripartitum botanicum, rec. auctum, curante *Io. Iac. FICKIO*. Francofurti, 1708. 4to.
56. *Hermani* BOERHAAVE Elementa Chemiae. Tomi II. Lugdun. Batav. 1732. 4to.
57. *Christoph. Iacob. TREW* Beschreibung der Americanischen Aloe. Nürnberg, 1747. 4to.
58. Eiusd. *Vertheidigung der Anatomie*. Ibid. 1729. 2) Eiusd. *Nachricht von einer raren Haupt-Wunde*. Nürnberg, 1724. 4to.
59. *Des Nürnbergischen Collegii medici Gesetz - Ordnung und Taxa* 1624. 4to.
60. *Thomae* BARTHOLINI Anatomia IV. renouata. 1673. 8vo.
61. *Io. Gottfr. GREGORII* Beschreibung derer berühmtesten Berge. Franckfurt, 1715. 8vo.
62. *Heinrich MYRICKE* Reise nach Ierusalem. Osnabrück, 1714. 2) *I. I. de ROY* Reise-Beschreibung nach Ost-Indien. 1723. 8vo.
63. *Tob. DORNCREILII* Dispensatorium nouum. Hamburgi, 1603. 12mo.
64. *Io. PRAEVOTII* Medicina pauperum, et Tr. de Venenis. Francofurti, 1641. 12mo.
- Ex liberalitate Dn. D. Christoph. Iac. TREW accesserunt.*
65. *Io. Christiani* LEHMANNI Opuscula varia, idiomate vernaculo hactenus edita, ad rei metallicae, hortensis et salinariae inprimis emolumentum pertinentia, vna cum Eiusd. Dissertationibus academicis, vno nitide compacto volumine comprehensa, et Lipsiae aut Dresdae impressa. 4to.
- Donum celeberr. Dn. Autoris.*
66. *Iul. CASSERII* Placentini Pantesthesion, h. e. de quinque sensibus Liber. Francofurti, 1610. Fol.
67. *Valesci* de TARANTA Philonium pharmaceutico-chirurgicum s. de medendis humani corporis affectibus opus, a *Io. Hartm. BEYERO* auctum et illustratum. Francof. 1599. 4to.
68. *Oswaldi* CROLLII Basilica chymica et Tr. de signaturis rerum interinis. Francof. 1608. 4to.



69. *Francisci* VALLERIO LAE Loci Medicinae communes cum Appendice. Lugduni, 1589. 8vo.
70. *Io. de* VIGO Opera chirurgica. Lugduni, 1531. 8vo.
71. *Iasonis* PRATENSIS de Cerebri morbis liber. Basileae, 1549. 8vo.  
Donum Dn. Andr. SEIDELII, Pastor. Aug. Conf. Iſſwangensis, in Palatinaru Solisbacensi.
72. *Maria Sybilla* GRAEFFIN von der Räuſen wunderbaren Verwandlung und ſonderbaren Blumen-Nabrung, I. und II. Theil. Nürnberg, 1679. et 83. in 4to. cum Tab. aen.  
Donum Dn. Andr. MERCKELII, Reip. Norimberg. Primicerii.

## ANNO MDCCXXXIII.

73. *Mich. Bernb.* VALENTINI Amphitheatrum Zootomicum. Francof. 1720. Fol. cum Fig.
74. 75. *Mich. Bernb.* VALENTINI Museum Museorum, oder Schaubühne aller Materialien, III. Theile. Franckf. 1714. Fol. cum Tabb. aen.
76. *Pedac.* DIOSCORIDIS Opera omnia graece et latine edita, studio *Iani Antonii* SARACENI. Francof. 1598. Fol.
77. *Gualt.* CHARLETONI Exercitationes de differentiis et nominibus animalium. Editio II. Oxonii, 1677. Fol.
78. *Christ. Frid.* GARMANNI de miraculis mortuorum Libri III. Dresdae, 1709. 4to.
79. *Matth.* TILLINGII Rhabarbarologia curioſa. Francof. 1679. 4to.
80. *Georg. Wolffg.* WEDELII Opiologia curioſa. Ienae, 1682. 2) *Mich. ETTMÜLLER* de virtute Opii diaphoretica. Lipſ. 1679. 4to.
81. *Lucae* SCHROECKII Historia Moſchi. Auguſt. Vindelic. 1682. 4to.
82. *Christ. Frid.* GARMANNI Oologia curioſa. Cygneae, 1691. 4to.
83. *Georg. Chriſtoph. Petri* ab HARTENFELS Elephantographia curioſa. Lipſiae, 1723. 4to.
84. *Io. Dan.* MAIORIS Chirurgia inſuſoria. Kiloni. 1667. 4to.
85. *Io. Conr.* PEYERI Merycologia, ſ. de ruminantibus et ruminacione Comment. Baſileae. 1685. 4to.
86. *Georg.*



86. *Georg. Hieron. WELSCHII* Hecatosteae II. Observationum physico-medicae. ad III. Societatem N. C. Aug. Vindel. 1675. 4to.
87. *Io. Iac. HARDERI* Apiarium, obseruationibus medicis ac physicis experimentis refertum. Basil. 1687. 4to.
88. *Io. GOEDARTIVS* de Insectis, in methodum redactus, cum addit. *Mart. LISTERI*. Londini, 1685. 8vo.
89. *Phil. Iac. Sachs a LEWENHEIMB* Gammarologia s. Cancrorum consideratio. Francof. 1665. 2) *Io. Dan. MAIORIS* Dissertatio de Cancris et serpentibus petrefactis cum respons. *Sachsi. Ienaec*, 1664. 8vo.
90. *Valent. Andr. MOELLENBROCCII* Cochlearia curiosa. Lipsiae, 1674. 2) *Iac. Aug. HÜNERWOLFFII* Anatomia Poconiac. Arnsteti, 1680. 8vo.
91. *Matthiae TILLINGII* Cinnabaris mineralis scrutinium. Francof. 1681. 2) *Godofr. SCHVLZII* Triga Cinnabriorum. Halae Sax. 1680. 8vo.
92. *Chr. Franc. PAVLLINI* Lagographia s. Leporis descriptio. Aug. Vindel. 1691. 8vo.
93. Eiusdem Lycographia, seu de Lupo. Francof. 1694. 8vo.
94. Eiusdem de Afino Liber. Francof. 1695. 8vo.
95. Eiusdem de Lalapa liber singularis. ibid. 1700. 8vo.
96. Eiusdem de Lumbrico terrestri Schediasma. 1703. 8vo.
97. Eiusdem Nucis moschatae curiosa descriptio. Francofurti, 1704. 8vo.
98. Eiusdem de Theriaca coelesti liber. Ibid. 1701. 8vo.
99. Virorum clarissimorum Epistolarum circa vtilissima aliquot chimica experimenta conscriptarum trias. Hamburgi, 1673. 8vo.
100. Paeonis et Pythagorae, i. e. *Io. Iac. HARDERI* et *Io. Conr. PEYERI* Exercitationes anatomicae et medicae. Basileae, 1682. 8vo.
101. *Christ. Frid. GARMANNI* et alior. Viror. clariss. Epistolarum centuria. Rostochii, 1714. 8vo.
102. *Iosephi LANZONI* animaduersiones variae medicae. Coloniae, 1686. 8vo.
103. *Christ. Frid. PAVLLINI* Tr. de Anguilla. Francof. 1689. 2) Eiusdem Tract. de Talpa. Ibid. 1689. 12mo.

104. *Georg.*



104. *Georg. Wolfgang. WEDELI* specimen de sale volatili plantarum. Ienae, 1682. 2) Eiusdem Experimentum, quo eadem materia latius exponitur. Ibid. *Singuli hi ex Fisco Academiae comparati sunt.*

## ANNO MDCCXXXIV.

105. Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Tomus III. 1732. 4to cum Tab. aen.  
*Donum Dn. D. Iob. Wilb. WIDMANNI.*
106. *Honorati FABRI* Tractatus duo, de Plantis et generatione animalium, et de homine. Norimb. 1677. 4to.  
*Donum Praefidis EUGENIANI I.*
107. *Io. Hieron. KNIPHOF* Botanica in originali, oder lebendig Kräuter-Buch. Tomus et Centur. I. II. III. Erfurt, 1733. Fol.  
*Donum celeberr. Dn. Autoris.*
108. *Danielis de NESSEL* Catalogus Codicum MSS. graecorum, nec non Linguarum orient. Bibliothecae Caesareae Vindobonensis. Vindobonae et Norimb. 1690. Fol.  
*Donum D. P. C. MONATH, Bibliop. Norimb.*
109. 110. *Mich. ETTMÜLLERI* Opera medica theoretico-practica, de-  
nuo in duos Tomos digesta et cum indice locupletissimo edita,  
cura et studio *Io. Casp. WESTPHALI*. Francof. ad Moen. 1697.  
*Donum Dn. D. Io. Adolphi WEDELI.*
111. *Guil. PISONIS* de Indiae vtriusque re naturali et medica Libri XIV,  
Amstelæd. 1688. Fol.
112. Muscum *Wormianum*. Lugdun. Batav. 1655. Fol. cum Tab. aen.  
*Donum Dn. D. Andr. Eliae BÜCHNERI, Ephemer. Direct.*
113. *A. P. Theophrasti PARACELSI* Opera omnia tribus voluminibus  
comprehensa. Geneuae, 1658. Fol.  
*Donum Dn. D. Hermanni Pauli IVCHIL.*
114. *Iob. Georg. VOLCKAMERI* Acclamatio ad *Raymundum* Principem de  
MONTECVOLI etc. accedunt literae inuitat. Praefidis Acad. Nat.  
Curios. ad laudatum Principem, vt Protectionem Academiae susci-  
peret, cum responso ipsius. Norimbergae, 1678. 4to.  
Exemplar hoc membranis nitide impressum, cum typo aeneo tabulae  
antiquae vitis coloribus elegantissime illustrato, b. Praefes HELIAN-  
THVS *de Xēto* nostro quondam inseruit, nunc commodius in Biblio-  
theca collocandum.



115. *Christoph. Jac.* TREW Programma, quo de completa et accurata omnium corporis humani partium repraesentatione ac descriptione adoranda mentem exponit. Norimb. 1733. Fol.
116. Eiusdem Epistola de vasis linguae salivalibus atque sanguiferis. ibid. 1734. 4to. cum Fig.  
*Vtrumque opusculum Dn. Autoris dono accessit.*

A N N O M D C C X X X V .

117. *Gualt.* CHARLETON Exercitationes de differentiis et nominibus animalium. Oxonii, 1677. Fol.
118. *Iul.* CASSERII Placentini Pentaestheseion, hoc est, de quinque sensibus liber. Francofurti, 1610. Fol.
119. *Mich. Bernb.* VALENTINI Historia simplicium. Francofurti ad Moenum, 1716. Fol.
120. *Theophili* BONETI Sepulchretum. Tom. I-IV. Geneuae, 1679.
121. Eiusdem Medicina septentrionalis. P. I. et II. Geneuae, 1685. Fol.
122. *Christ. Io.* LANGII Opera omnia medica. Lipsiae, 1704. Fol.  
*Ex donatione Dn. D. Ott. Phil. VIRDVNGI, Archiepatri Bambergensis.*
123. *Anton.* GAZII Florida Corona, quae ad sanitatis hominum conseruationem ac longaeuam vitam pertinent etc. Lugduni, 1514. Fol.  
2) *Phrisii* ARGENTARIAE Synonyma, und gerechte Auslegung derer Wörter, so man in der Artzney braucht. Strassburg, 1519.
124. *Lucae* SCHROECKII Pharmacopoea Augustana restituta. Aug. Vindel. 1673. 4to.
125. *Io. Ludov.* HANEMANNI Dissertatio de vsu et abusu inebriaminum. Norimb. 1679. 2) *Io. Daniel.* MAIORIS Gratulatio ad *Sebast. SCHEFFERVUM* de recuperata valetudine. Kilonii, 1679. 3) *Ol. BORICHHI* de Somno et somniferis. Hafniae et Francof. 1681.  
4) *Mich.* ETTMÜLLER de virtute Opii diaphoretica. Lipsiae, 1679.  
5) *Iac.* TAPPIVS de Tabaco. Helmstadii, 1689. 6) *Nic. PECHLINI* de Potu Theae. Kilon. et Francof. 1684. 4to.
126. *Rosini* LENTILII Miscellanea medico-practica. Ulmae, 1689. 4to.



127. *Io. Dan. GEYERI* Triga medica, ex regno animali, minerali et vegetabili: 1) de Cantharidibus, 2) de montibus conchiferis et Glossopetris Alzeiensibus, 3) de Dictamno. Francofurti, 1687. 4to.
128. *Io. Iac. WEPFFERI* Historiae et noxae Cicutae aquaticae. Basileae, 1679. 4to.
129. *Godofr. Held de HAGELSHEIM* de tempore partus tubarii per XLVI. annos gestati, et in vetula 94. annorum mortua inuenti. Baruthi. 2) *Georg. Frid. ORTHII* de Foetu XLVI. annorum Dissertatio Praefide *Rudolph. Iac. CAMERARIO*. Tubingae, 1720. 3) *Laur. STRAVSSII* Resolutio obseruationis singularis Mussipontanae, foetus extra uterum in abdomine retenti tandemque lapidescentis. Darmstadii, 1661. 4to.
130. *Io. Sigismund. ELSHOLZIVS* de Conceptione tubaria, itemque de puella monstrosa. Colon. Brandenburg. 1669. 2) *ROMMELIVS* de foetibus leporinis extra uterum repertis. 1680. 4to.
131. *Io. HAENFLERI* de ouo Gallo-Pauonis tractatus. Custrini, 1691. 4to.
132. *Gabr. CLAUDERI* Dissertatio de Cinnabari natua. Ienae, 1683. 2) *Io. Adami HOFFSTETTERI* de Cinnabari tractatus. Lipsiae, 1708. 4to.
133. *Io. Casp. WESTPHALI* Pathologia daemoniaca. Lipsiae, 1707. 2) *Dav. MERCK* de morbis a fascino Pars I. et II. Praefide *Theod. ZWINGERO*. Basileae, 1723. 4to.
134. *Mich. Bernb. VALENTINI* Polychresta exotica. Francof. 1701. 4to.
135. *Georg. Ern. STAHLIVS* de Medicina medicinae adhibenda. Halae Magdeb. 2) Eiusd. Scriptorum recensio. Norimbergae, 1726. 3) Eiusd. Obseruationes medico-practicae. Ibid. eod. 4to.
136. *Fabii COLUMNAE* Opusculum de Purpura. Kiloni, 1675. 2) *Car. Nic. LANGII* Methodus testaceorum. Lucernae, 1722. 3) Eiusd. Historia lapidum figuratorum. Venetiis, 1708. 4to.
137. *Georg. Hieron. WELSCHIVS* de Aegagropilis. Aug. Vindel. 1668. 2) Eiusd. Exercitatio de vena Medinensi et de vermiculis capillaribus infantum. ibid. 1674. 3) Eiusd. Hecatoftae II. Obseruation. phys. med. ibid. 1675. 4) Eiusd. Commentar. in Ruzname-naurus. ibid. 1676. 5) *Anton. a LEEWENHOECK* Anatomia et contemplatio nonnullorum naturae inuisibilium secretorum, com-



- comprehensorum epistolis quibusdam scriptis ad illustre inclytæ Societ. Regiæ Londin. Collegium. Lugd. Batav. 1685.
138. *Io. Nic. PECHLINI* Obseruat. phys. med. Libri III. Hamburgi, 1691.  
2) *Pauli SPINDLERI* Obseruat. medicinal. Centuria. Francof. ad Moenum, 1691. 4to.
139. *Eman. KOENIGII* Regnum vegetabile quadripartitum. Basf. 1708. 4to.
140. Historia morborum, qui Ao. 1699-1701. Vratislaviae grassati sunt. Vratislaviae et Lipsiæ, 1706. 4to.
141. *Io. Conr. a BRVNN* de Glandulis duodeni. Francof. et Heidelbergæ, 1715. 4to.
142. *Gabr. CLAUDERI* Dissertatio de Tinctura vniuersali. Altenburgi, 1678.  
2) Eiusd. Methodus balsamandi. Ibid. 1679. 4to.
143. *Iac. WOLFFII* Scrutinium amuletorum medicum. Lipsiæ et Ienæ, 1690.  
2) *Iul. REICHELTI* Exercitatio de amuletis. Argentorati, 1676.  
3) *Christ. Franc. PAVLLINI* Cynographia. Norimberg. 1685. 4to.
144. *Io. Matth. FABRI* Strychnomania. Aug. Vindel. 1677.  
2) *Georg. Wolfgangi WEDELI* Experimentum de Colchico. Ienæ, 1718. 4to.
145. Ephemerides Barometricæ Tubingenfes et Mutinenses. August. Vindel. 1696.  
2) *Io. Christ. HAGEMANNVS* de motu mercurii in barometris. Regiomonti, 1724. 4to.
146. *Andr. CLEYERI* Specimen medicinae Sinicae. Francof. 1682. 4to.
147. *Em. KOENIGII* Thesaurus remediorum e triplici regno naturæ. Basf. 1693. 4to.
- 148-177. Vniuersa series Ephemeridum Academiae Imperialis Naturæ Curiosorum, a Decur. I. vsque ad Centur. X. cum Indicibus generalibus *WVREFFAINII* et *MICHAELIS*. Volumina XXX. 4to.  
*Singuli hi a Num. 123. vsque ad Num. 177. ex Eisco Academiae sunt comparati.*
178. *Ehrenfr. HAGENDORNII* Tractatus phys. med. de Catechu. Ienæ, 1679.  
2) Eiusd. Cynosbatologia. Ibid. 1681.
179. *Bern. RAMAZZINI* Ephemerides Barometricæ Mutinenses. Ibid. 1698.  
2) *Günth. Christoph. SCHELHAMMERI* Tract. de motu mercurii in Tubo Toricelliano. Kilonii, 1699. 8vo.



180. *Beniamin* SCHARFF de Venenis. Ienae, 1678. 2) *Eberhard*.  
GOCKELIUS *von wütenden Hunds-Bissen*. 1697. 8vo.
181. *Godofr.* WELSCHIVS de vulneribus lethalibus. Lipsiae, 1684. 8vo.
182. *Io. Andreae* GRABAE Cerui descriptio. Ienae, 1668. 8vo.
183. *Io. Laur.* BAVSCHIVS de Haematite, aetite, coeruleo et chryfocolla.  
Lipsiae et Ienae, 1668. 8vo.
184. *Io. Iac.* WEPFFERI Observaciones de Apoplexia. Scaphuf. Heluet.  
1675. 2) *Io. Mar.* LANCISIVS de mortibus subitaneis. Ro-  
mae, 1709. 8vo.
185. *Io. FRANCI* Castorologia. Auguf. Vindel. 1685. 8vo.
186. *Georg. Christoph.* PETRI Carduus benedictus. Lipsiae, 1698. 8vo.
187. *Anton.* NERIVS de arte vitriaria. Amftelod. 1669. 12mo.
188. *Georg. Sebast.* IVNG de malo Cydonio. Vindebonae, 1673. 12mo.
189. *Theod.* ZWINGERI scrutinium Magnetis. Bafileae, 1697. 2) Eius-  
dem Difertationum medicarum Fasciculus. Ibid. 1610.
190. *Io. Sam.* CARL Offium fossilium docimafia. Francofurti, 1705.  
2) *Wilb. Ern.* TENTZELII de Sceleto Elephantis Tonnae effoffi  
tractatus duo. Gothae, 1697. 12mo.
191. *Matthiae* TILLINGII Anatomia lienis. Rintelii, 1673. 12mo.
192. *Christ.* WOLFFII Aerometriae elementa. Halae Magdeburg. 1709.  
12mo.
193. *Christiani* MENZELII Lapis Bononiensis in obscuro lucens. Bilefel-  
dae, 1675. 12mo.
194. *Christ. Adolphi* BALDVINI Phosphorus Hermeticus. Francof. et  
Lipf. 1675. 2) Eiusd. aurum aurae, Venus aurea et Hermes  
curiofus. 12mo.  
*Singuli hi dono b. Praefidis, Dn. D. BAIERI, accefferunt.*

## ANNO MDCCXXXVI.

195. 196. *Alberti* SEBAE locupletissimi rerum naturalium Thesauri accu-  
rata descriptio. Tomus I. et II. Amftelodami, 1735. in Folio ma-  
iori, cum Tabb. aen.

*Ex munificentia Dni Autoris.*

197. *Io.*



197. *Io. Henr. LINCKII* de Stellis marinis liber singularis. Lipsiae, 1734.  
 Pol. cum Tabb. aen.  
*Obtulit hunc librum honestissima Vidua b. Dn. Autoris.*
198. *Io. WIERI* de praefigiis daemonum et incantamentis Libri IV. Ba-  
 fil. 1577. 4to.
199. *Paul LVCAS* Reise in die Türckey, Syrien und das gelobte Land, wie  
 auch Ober- und Nieder-Egypten. Hamburg, 1721. 8vo.
200. *Frid. Christian. LESSER* Lithotheologie. Hamburgi, 1735. 8vo.  
*Donum summe Reuerendi Dn. Autoris vna cum duobus  
 antecedentibus.*
201. *Io. Ludov. APINI* Historia februm epidemicarum. Norimbergae,  
 1697. 8vo.
202. *Christ. Franc. PAVLLINI* heilsame Dreck - Apotbecke. Franckf.  
 1697. 8vo.
203. *Dominici GVILIELMI* de Salibus dissertatio. Lugdun. Batav.  
 1707. 8vo.  
*Ex Fisco Academiae comparati.*

A N N O MDCCXXXVII.

204. *Nicolai BÖRNER'S* Physica, oder vernünfftige Abhandlung natürlicher  
 Wissenschaften. Franckfurt und Leipzig, 1735. 8vo.  
*Donum Dn. Autoris.*
205. *Io. Ern. HEBENSTREIT* Disputationes et Programmata varii argu-  
 menti. Lipsiae, 4to.  
*Donum Excellentiss. Dn. Autoris.*
206. *Io. Henr. SCHVLZII* Praelectiones ad Dispensatorium Regium et  
 Electorale Boruffo-Brandenburgicum. Norimb. 1735. 8vo.  
*Donum Excellentiss. Dn. Autoris.*
207. *Io. Ioach. LANGII* Elementa Philosophiae naturalis dogmaticae et  
 experimentalis. Halae, 1735. 8vo.  
*Donum Clariss. Dn. Autoris.*
208. *Io. Hartm. DEGNERI* Dissert. physica de Turfis. Traj. ad Rhen. 1729. 8vo.  
*Donum Clariss. Dn. Autoris.*
209. *Neu-fortgesetzter Parnassus Boicus, oder Bayrischer Musen - Berg.*  
*Erste bis 6te Versammlung. Augspurg, 1736. 8vo.*



210. *Franc. Iosephi* GRÜN WALDT Bauaria Iatrica, seu Catalogus celeberrimorum aliquot Medicorum, qui suis in Bauaria scriptis Medicinam exornarunt. Monachii, 1733. 8vo.  
Donum Clariff. Dn. Autoris una cum antecedente.
211. *Georg. Henr.* BEHRII Physiologia medica, oder richtige und umständliche Beschreibung des menschlichen Leibes. Strasburg, 1736. 4to.  
Donum Clariff. D. Autoris.
212. Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae, Tomus IV. Petropoli, 1735. 4to.  
Donum Dn. D. Io. Wilh. WIDMANNI.
213. *Georg. Ernesti* STAHLII Collegium casuale sic dictum minus. Svidnit. et Hirschberg, 1734. 4to.
214. D. Caspar Gottlieb LINDNERS deutsche Uebersetzung der lateinischen Gedichte M. Iob. Fechners, vom Schlesiſchen Riesengebürge, vom Zotenberge, vom Lehner-Spitz- und Grätzberge, und von der Boberquelle und dem Boberflusse. Hirschberg, 1737. 4to. 2) Gottfried LANGHANS Beschreibung des Adersbachischen Stein-Gebürges. Landesbut, 1734. 3) Eiusd. Vernunftmäßige Untersuchung der wahrscheinlichen Ursachen von den geschwänzten Fröschen, die sich Ao. 1735. zu Schmiedeberg in Schlesien in einem Teiche befunden. Ibid. 4) Vergnügte und unvernügte Reisen auf das Weltberufene Riesen-Gebürge, welche von Ao. 1696. von allerhand Liebhabern angestellt worden. Hirschberg, 1736. 4to.
215. Die für sich und ihre Kinder sorgfältige Mütter, I. und II. Theil. Schweidnitz, 1735. 8vo.
216. D. Caspar Gottlieb LINDNERS Vernunft- und Erfahrungsmäßige Betrachtung des rothen und weissen Friesels. Schweidnitz, 1735. 2) Georg Christian MEYDERI Idea noua et succincta de Contagii. Serueflae, 1725. 8vo.  
Donum Dn. D. Casp. Gottl. LINDNERI cum tribus antecedentibus.
217. Io. Peter WAHRENDORFFS Liegnitzische Merckwürdigkeiten oder Historische Beschreibung der Stadt und des Fürstenthums Liegnitz im Hertzogthum Schlesien. Budissin, 1724. 8vo.



- 218-220. Johann Dietrich und Joh. Israel von BRY India Orientalis, oder Sammlung Ost-Indischer Reisen, I. bis XIII. Theil. Franckfurth, 1609. 1017. Fol. 3 Bände.

Domum Clariff. Dn. D. WAHRENDORFFII.

221. Chronicon Indiae Occidentalis, nominatum Historia noua.

Liber hic Turcico idiomate scriptus et ordinariis gentis huius characteribus, seu typis diuulgatus est. Vnus est ex primis, qui in noua Constantinopoli adornata Typographia, inque papyro ibidem confecta, impressi sunt. In primordio eius statim Auctor monet, sapienter terras et regiones esse conditas et inter se diuisas per coeli Solisque rationem, per fluuios et fines. Nec sine causa referri, Deum condidisse coelum, terram, diem, noctem, fluuios, etc. quibus simul interferit studii Geographici necessitatem. Post haec sequuntur aliquot Planiglobia aeri incisa, in quorum primo repraesentantur septem Planetæ, videlicet Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna; in altero sistuntur septem Climata, quae certis quibusdam mensuris inter se distinguuntur. In sequenti tabula Climatum rationes per numeros, siue potius characteres numerandi, Arabibus et Turcis solemnes, accuratius subducit. Climata haec adducta in paginis, Tabulam hanc proxime excipientibus, per illustriores, quae plerumque lineola subducta notantur, regiones et vrbes portendit. In Globo, vulgari haud dissimili, praeter Zodiacos aliosque circulos consuetos, eae potissimum regiones et prouinciae describuntur, quae linguae Turcicae, siue Arabicae, vsu, consuetudine et commercio sunt coniunctae, videlicet Africa, Asia, China, Aegyptus, Arabia, India, etc. climatibus hoc loco ad vsum accommodatis, et ad adductas terras applicatis. In Globo proxime sequente eadem terrae eademque regiones et prouinciae, utpote scopo, intentioni et proposito Auctoris maxime conuenientes et idoneae, repetuntur. Licet vero Auctor in sequentibus nullam adductarum postponat, sed cuiuslibet Zonam, vrbes, soli naturam, eiusdemque vel fertilitatem, vel sterilitatem, milliaria, itinera expeditissima, commercia et negotiationes, nauigationes, et quae alia memoria et visu digna, complectatur et recenscat, primordio ab Arabia capto, vbi *ὄψις ἐν παραδείσῳ* sub arbore, de qua homines dependent, loci, monumento siue sepulchro Hercules assignati, mentionem iniicit; commemorandis tamen Indiae memorabilibus tenacius inhaeret, illamque terram tanquam omnium fertilissimam, auri argentique, aliarumque rerum, praecipue vero animalium, arborumque, a solenni natura et forma discedentium, describit. Ita in India, ut ex icone, siue pictura prima huius libri videre licet, mentio fit geminae Palmae, cuius alterius rami recta quasi linea et incremento eriguntur; alterius vero rami incuruati et inflexi, non sine insigni elegantia excrescunt; et Rhinocerotum, generis animantium brutorum rarissimi, in ista regione occurrentium. Sub altera pictura descri-

buntur



